



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 23. Circa Missæ Ritus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

PROBL. CIII.

Licet, & non licet, tegere caput sacro Amictu celebrantem.

Licebitne saltem, celebrâtem sacro vti Amictu ad caput operiendum? Licebit planè. Quia Amictus institutus fuit ad caput operiendum, ideòque Galea saluus vocitatur: & sic olim Sacerdotes, Amictu super caput posito, celebrabant; postmodum vsus obtinuit, vt Amictum collobo uolumus, non tamen vetuit, quin etiam possumus ad vsum veterem remeare. Sic Nauar. in *Consl. lib. 3. tit. de celebrat. Missar. cons. 4.*

Non licebit. Quia textus in cap. *Nullum*, omne capitis velamen videtur inhibere, & Doctores etiam generaliter loquuntur, & vsus introductus sub obligatione retinendus, quia sic censetur receptus, & oppositum non parum distonderet. Ita Azor. *tom. 1. lib. 10. cap. 28. qu. 16.* Ledesm. in *sum. tract. de Euchar. cap. 21. concl. 5. dub. 3.*

Si suppetat causa iusta cooperiendi caput, scilicet infirmitas, vel caluitium, quod nimium frigus lædit, non est cur ad Amictus protectionem accuras, licebit enim tibi, capite cooperito celebrare. Quia tunc non temere *presumis*, (quod in eo textu cauetur) sed necessitate cogentis. Si autem uolueris Amictus operculo vti vsus ridiculè forsan præscripta violabis.

PROBL. CIV.

Vi quis constans necessitate possit cooperto capite celebrare, est, & non est necessaria dispensatio.

Necessaria non est. Quia cum subest causa palam excusans à præcepto, dispensatio minimè requiritur. Sic Nauar. in *Consl. lib. 3. tit. de celebr. Missar. consil. 4.*

Necessaria est. Quia Cæremoniale Romanum & Missale reformatum à Clemente VIII. semper exigunt dispensationem, Ità plures Auctores, quos presso nomine Franciscus de Lugo de *sacrament. lib. 5. cap. 9. numero 50.* memorat.

Ego quidè assero, si causa sit manifestè iusta, v. gr. grauis infirmitas, aut nimia frigiditas nec possit facile dispensatio postulari, te posse sine licentia capite celebrare operto: secluso tamen scandalo, si vel sacrum secretò fiat, vel adstantibus causa sit nota. Si verò causa non sit manifestè sufficiens ad excusandum, sed in sufficiens ex se vel saltem dubia: requiritur dispensatio, seu facultas superioris! Plura *sest. 1.* ex Doctotibus dedimus.

CAPVT XXIII.

Circa Missæ Ritus.

PROBL. CV.

Missalis Rubricæ, quæ præscribunt accidentales Missæ ritus, obligant, & non obligant sub mortali.



Item *sest. 1.* præter ritum essentialentalem, in quo huius sacrificij substantia consistit, à Domino institutum, plures alios addidit Ecclesiam, qui dici *Accidentales* possunt, & merè cæremoniales ad maiorem decentiam, & reuerentiam talis actionis pertinentes. De his ergo quæserim, num obligent sub mortali? Minimè sub mortali obligant. Quia Pontifex dum in Bulla Missali præfixa districtè præcipit sub præcepto sanctæ obedientiæ, Missam iuxta ritus eius Missalis dici solum intendit generaliter obligare ad vtendum illis ritibus, ita vt alij omninò diuersi non introducantur: non tamen intendit obligare sigillatim ad cunctas sub mortali Rubricas obseruandas Missali præfixas, quæ quidem in particulari non tam sunt præcepta, quàm instructiones quedam, atque consilia. Sic Fagund. *præc. 1. lib. 3. cap. 21. n. 7. 8. & 32.* Postuini. *de offic. Cura. cap. 2. n. 16.* Diana *p. 2. tr. 1. 4. resol. 55.*

Obligat planè sub mortali. Quia tam Tridentinum *sest. 2. de r. de seruand. in Missa*, quam Pontificum Bullæ sætè præcipiunt, & cunctos huiusmodi ritus seruari, & nullos admitti: nec verba sonant solam instructionem, aut consilium, sed præceptum suo ex genere grauius obligans. Ità Filiuc. *tract. 5. num. 155. & 159.* Bonac. *d. 4. q. ult. punct. 7. §. 3. n. 3. & punct. 10. num. 19.* Coninch *quæst. 83. numer. 266.* Suar. *dist. 83. sest. 3. & dist. 84. sest. 2.* Hentiq. *lib. 9. cap. 35. num. 5.* Azor. *tom. 1. lib. 10. cap. 29. q. 6.* Petr. de Ledesm. *tom. 1. summ. tract. de Euchar. cap. 24. conclus. 8.*

Hanc sententiam probabiliorè puto, quam ratione confirmo. Nam hæc res per se grauis est, & ad debitum Dei cultum spectat; vt tota Missa constans ex variis actionibus, & verbis, integrè ac ordinatè celebretur. Quapropter omisso rituum voluntaria horumque per se lethale piaculum erit, nisi vel per inadvertentiam, vel ex materia leuitate, veniale reddatur, vt in aliis præceptis accidere assolet.

PROBL. CVI.

Mortale peccatum est, & peccatum mortale non est, præcæ omnes omittere, quas Missale præscribit dictitandas, dum sacris vestibus Sacerdos induitur.

Peccatum est lethale. Quia Pius V. iussit seruari ritus, ac cæremonias sui Missalis: sed *sest. mortale.*

N 4

502

Sub mortali non obligant

503

Obligant sub mortali.

504

Hoc mihi probabile.

505

Est mortale.

150 Theologiae Moralis Lib. XXI.

in hoc habentur Orationes singulae pro singulis vestibus recitandae, quasi quaedam sacris vestibus accessoria. Ergo sicut esset mortale peccatum sine sacris vestibus celebrare, sic omnes illas Orationes omittere. Et quia immemorabilis Ecclesiae totius id seruat consuetudo. Sic Sylui. 3. part. quest. 83. art. 6. Azor. tom. 1. lib. 10. c. 29. quest. 5. Nauar. in consil. lib. 3. tit. 41. de celebr. Missar. conf. 2.

506 *Non est lethale non est.* Non est lethale peccatum. Quia nulla datur lex praecipiens, illas Orationes à Sacerdote, dum induitur, sub mortali piaculo recitari. Quedam enim in Missali posita pertinent ad decen- tiam, instructionem, & consilium, nec obligant eorum Rubricae, nisi contineant essentiam, vel quasi substantiam sacrificij, quam istae preces non concernunt. Et quia non datur vniuersalis consuetudo has preces recitandi, nonnulli enim dicere assolent eo tempore Psalmum *Miserere*, vel aliquid aliud, sicut nec illae preces posita pro praeparatione ad Missam communiter dictantur. Ergo consuetudo obligationem in hac materia non inducit. Ita Card. de Lugo dist. 20. num. 106. Auerla qu. 11. sect. 12. Manuel tom. 1. cap. 244. vel 247. num. 12. Bonac. dist. 4. quest. ult. punct. 9. n. 32. Diana part. 2. tract. 14. res. 41. Secutus Vegam, Homobonum, Pitigianum, & Scortiam Hentiq. lib. 9. cap. 24. num. 7. lit. Q. Fagund. praec. 1. lib. 3. cap. 21. n. 9. Hentiq. lib. 9. cap. 24. num. 7.

507 *Quid auctor ex.* Ego autem asseruerim, si huiusmodi preces ex contemptu omittantur, fore mortale; quia contemptus praeccepti vel Regulae, vel etiam consilij particularem inuoluit irreuerentiam contra superiorem. Si non omittantur ex contemptu, censuerim, non esse mortale, quamuis non vna vel altera oratio, sed omnes scienter relinquuntur. Quia verè levis materia apparet, nec grauis communiter à Doctoribus reputatur.

PROBL. CVII.

Veniale peccatum est, & nec veniale est peccatum, scienter omnes orationes omittere, quae in Missali dicenda, dum Sacerdos induitur, praescribuntur.

508 *Veniale non est.* Nec veniale piaculum est, secluso contemptu haece à Sacerdote preces omitti. Quia nulla lex obligat ad huiusmodi preces recitandum, nec enim sunt materia praeccepti, sed consilij solummodo. Sic Diana cum alijs p. 2. tr. 14. res. 41.

509 *Veniale est.* Veniale plane est piaculum. Quia vsu communi receptum est, ut dicantur. Et quia iam in Missali (quidquid olim fuerit) serio praecipuntur. Rubr. de ritu celebr. §. 1. num. 1. Sic Sacerdos lauat manus, (scilicet antequam induatur) dicens orationem inferius positam. Et nup. 2. ait. Induit se dicens ad paramenta singula singulas orationes inferius positas. Eodemque verborum tenore omnes Missae ritus praescribit. Ergo sicut obligant reliqui saltem sub veniali circa materiam leuem, sic ritus ille ita praescriptus obligabit ad illas orationes dicendas sub veniale ob materiae lenitatem. Ita Auerla quest. 1. sect. 12.

Moure part. 3. cap. 5. §. 13. num. 4. Hentiq. lib. 9. cap. 35. num. 5. Bonac. dist. 4. quest. ult. punct. 9. num. 32. Laym. lib. 5. tract. 5. cap. 6. numero 11. Zerola in Praxi Episcop. parte 2. v. Missa, vers. 8.

Cum his opinor, nec amplius probare contrariae sententiae fundamenta reor.

510
Hic barec.

PROBL. CVIII.

Cantans Missam solemnem, tenetur, & non tenetur voce submissa legere Introitum, Epistolam, Euangelium, & reliqua, quae alij cantant ministrantes.

Non tenetur id recitare. Quia nullo iure praecipitur, nec est vllus Canon id praescribens, nec in Missali Pij V. habetur. Consuetudo autem legentium illa submissa, dum solemniter celebratur, non inducit obligationem. Sic Nauar. tract. de Orat. cap. 10. num. 41. Vega tom. 2. sum. cap. 41. casu 7. Barthol. à S. Fausto de Euchar. lib. 2. quest. 278. Petr. de Ledefm. tom. 1. sum. tract. de Euchar. cap. 24. concl. 5. Villalob. tom. 1. tract. 8. diff. 31. num. 4. Trimarch. Nigros Ludou. de S. Iuan. quos sequitur Diana part. 2. tractat. 14. res. 42. & parte 5. tractat. 5. res. 45.

Tenetur ea submissa recitare. Quia licet id nullo Canone iuris praecipatur, nec in prioribus editionibus Missalis Pij V. fuerit praescriptum, iam in Missali reformato Clementis VIII. expresse praescribit Rubrica in ritu celebrandi §. 4. num. 7. & §. 5. num. 4. & 5. ut cantans Missam solemnem legat submissa voce Introitum, Kyrie eleison, Epistolam, Graduale, Tractum, (quando dicendus est) & Euangelium. Sed Rubrica Missalis circa ritus etiam accidentales obligant: Ergo pariter haec obligat iuxta materiae qualitatem, aut quantitatem. Ita Manu. 10. 1. sum. cap. 244. de Missa, num. 9. Card. de Lugo dist. 20. num. 107. Auerl. quest. 11. sect. 12. Sa Correctus v. Missa, n. 51. Victorel. ibi. Moure p. 3. c. 5. §. 12. num. 15.

Eiusdem sum mentis, & adicio, culpam omit- tentis vnam partem, aut aliam ex ijs, quae cantant alij, veniale piaculum non excedere. Si tamen omittat omnia simul, quae chorus & Ministri cantant, scilicet Introitum, Kyrie eleison, Epistolam, Graduale, Euangelium, Offertorium, Postcommunione: materia mihi grauis apparet, quam quidem sine causa vel subreptione à lethali non excusare.

PROBL. CIX.

In omissione verborum Canonis Missae datur, & non datur materia leuitas.

Totus Missae Canon ita cadit sub obligatione peccati mortalis, ut vel minimam eius particulam aduertenter omittere, nempe nomen vnius sancti, vel quid simile, sit mortale peccatum. Quia Canon pars est Missae principalissima.

514
Non datur leuitas materiae.

Seccio II. De Missa, Problemata. 151

lissima. Sic Nuñus 3. parte quæst. 83. artic. 4.
dub. 2.

115
Torus Canon non ita cadit sub peccati mortalis obligatione, ut vel minimam eius particulam aduerterent omittente, sit lethale piaculum. Quia sicut in aliis grauissimis Religionis præceptis, voto, Iuramento &c. datur materia leuitas, sic in Canone Missæ, cum par sit omnium ratio. Ita Card. de Lugo dist. 20. num. 104. Auct. quæst. 1. sect. 12. Celest. & Nigro, quos sequitur Diana part. 2. tract. 14. res. 45. Petr. de Ledefm. tom. 1. summ. tract. de Euchar. cap. 24. post 4. conclus. Suar. dist. 84. sect. 2. Filiuc. tr. 5. num. 159.

116
Equidem alicuius sancti, v. gr. omissionem, vel similis verbi quantumvis voluntariam leuem esse iudico. Fateor tamen, minorem partem Canonis sufficere, ad inducendam grauem culpam, quam extra Canonem; quia planè res est admodum grauis, vnde proculdubio lethale esset, integram orationem aliquam omittente, scilicet Communicantes, vel Hanc igitur, &c. vel similem. Quia enim Auerla supra censet, esse mortale, omittente periodum illam quæ solet addi pro festorum instantia quibusdam Canonis Orationibus. Hoc melius negant Suar. & Filiuc. Quia illa periodus non pertinet ad vltimam Missæ integritatem, siquidem sæpissimè non dicitur, & adhuc Missa integra celebratur.

PROBL. CX.

Potest, & non potest per annum dici Missa Natiuitatis, Assumptionis, vel aliterius Festi Deiparæ.

117
Ici non potest. Quia iam assignate sunt pro diuersis temporibus anni quinque votiuæ Missæ Deiparentis. Igitur debet sumi ex illis, quæ tempori respondet. Deducit enim vel dicere, Gaudemus omnes in Domino diem festum celebrantes, &c. vel mutare Diem festum, in Commemorationem celebrantes. Nec deuotionis causa violanda sunt Rubricæ. Sic Gaucant. tom. 1. p. 4. tit. 17. n. 8.

118
Potest dici. Quia non dedecet immutare verba Festiuitatis, vel Diei festi, in Commemorationem, aut in Memoriam, & omittente vocem Hodie, sicut fit in Missis Sanctorum, aut Angelorum, quoties extra proprios dies dicuntur votiuæ. Ita Castald. in praxi Cærimon. lib. 2. sect. 6. c. 4. n. 1. Alcocer tract. Carcinon. glossa 4. Auerl. quæst. 11. sect. 12. Item. Diana part. 3. tract. 6. res. 101.

119
Eiusdem mentis sum, & reddo rationem. Quia Missæ votiuæ Beatissimæ Virginis designantur etiam pro Sabbathis non impeditis. Vnde sunt quoque quasi propriæ talis temporis, & talis diei. Cum autem præter hæc Sabbatha celebret Ecclesia plura festa Deiparæ, consequens est, ut etiam talium festorum dici possint Missæ votiuæ sicut aliorum Diuorum, quod praxis confirmat.

PROBL. CXI.

Mortale est, & mortale non est, in festis Duplicibus vel similibus diebus, in quibus Missa votiuæ non permittuntur, aliam Missam dicere.

520
Mortale peccatum est. Quia videtur notabilis mutatio, totam Missam diei illius propriam omittente, aliamque prorsus ab eo die alienam assumere. Sic Angel. v. Missa, n. 3. Barthol. ab Angelo dial. 5. §. 466.

521
Non est mortale peccatum. Quia sicut liberum est Sacerdoti dicere Missam, vel non dicere tali die: sic etiam liberum erit, dicere Missam illius diei, vel aliam, quam maluerit: dum in illa seruetur suus ritus, & dicatur priuatum, vel ita submissa voce, ut absit scandalum. Ita Syluest. Medina, Sotus, & alij, quos sequitur Henric. lib. 9. cap. 23. num. 5. Suar. dist. 83. sect. 3. Filiuc. tract. 5. num. 146. Reginald. lib. 29. num. 208. Bonac. dist. 4. q. ult. punct. 7. §. 3. n. 2. & 3. Diana p. 2. tr. 14. res. 30.

522
Ego censeo, saltem esse veniale peccatum sic Missam immutare; quia verè sit contra Missalis Rubricas, quas Pius V. strictè iubet in virtute sanctæ obediencie seruari, tam in Missis priuatis, quam solemnibus. Atramem quamuis in communibus festis, ac Dominicis deus non esse mortale peccatum, quoniam in illis non apparet inuersio, vel peruersio notabilis; verum in festis solemnibus, videlicet primæ Classis, valde dissonat Missa defunctorum, vel alia votiuæ etiam priuata; quare per locum intrinsecum mihi lethale piaculum videtur: per extrinsecum verò autoritate negantium absolūtè culpam grauem, veniale posse reputari censuerim.

PROBL. CXII.

Quilibet Sacerdos potest, & non potest celebrare Missam de Sancto beatificato, cuius celebrationem Pontifex alicui Religioni, vel Prouinciæ concessit.

523
Potest quidem. Quia fauores sunt ampliandi Cap. Olim, de verbor. significat. leg. Benefic. de const. Princ. l. Cum quidam. ff. de liberr. & posth. de m. vbi Glossa plura congerit. & Azcu. tom. 6. lib. 9. tit. 18. leg. 10. num. 5. Et quia cum Missa quauis in vno loco dicta paris æstimationis sit, ac plures Missæ pluribus in locis dicte, quando Papa concedit, ut in honorem alicuius aliqua Missa dicatur: simul declarat, illum esse dignum, in cuius honorem omnes dici possint. Sed hac declaratione posita tollitur prohibitio iuris, quæ cauetur, neminem esse venerandum sine Romanæ sedis authoritate; siquidem iam hinc intuenit Romanæ sedis authoritas, quæ iudicauit, illum Beatum tali veneratione dignum. Ergo possunt omnes Sacerdotes in eius honorem Missas saltem votiuas celebrare. Sic Castro Pal. tom. 1. tr. 4. dist. 1. punct. 5. §. 5. Megala in Promptu. Theol. v. Canon. 7. num. 1. & Salmanticenses Dæto

Doctores, qui Palao teste, hinc sensui subscripsere.

524 *Non potest.* Minimè potest. Quia Alexander III. in c. 1. de Reliqui. & vener. Sancti. prohibet, aliquem coli publico cultu sine sedis Apostolicæ facultate: sed talis facultas in nostro casu non conceditur Sacerdotibus cunctis, siquidem expressè restringitur ad vnam Religionem, seu Prouinciā: & inclusio vnius iuxta commune Doctorum proloquium est exclusio alterius ex l. Cum Prator, ff. de iudic. & leg. Mart. Cod. de Procurat. Ergo non omnes Sacerdotes possunt de tali Beato Missam celebrare. Et quia in Bullis Pontificiis pro dicenda Missa Sanctorum, qui solum beatificati sunt, assignantur persona, locus, & dies: sed (vt Congregatio Rituum respondit) Missa talis Beati dici non potest extrā diem assignatum: Ergo nec ab aliis personis præter ibi designatas. Ita Ludou. de Torres 2.2. tom. 1. dist. 17. dub. 8. Molfes. in sum. tom. 1. tract. 11. cap. 6. n. 51. Granad. 2.2. controu. 1. tr. 7. dist. 4. sect. 2. Aucta quæst. 11. sect. 11. Diana part. 2. tract. 15. resol. 55. & p. 3. in Addit. 2. resol. 2. Castellin. de Canoniz. c. 2. punct. 1. §. 6. n. 6.

525 *Quid opiner.* Quando Bulla Beatificationis exprimit, vt persona designata tantum possint dicere Missam de tali Beato, nullus alius potest. Nam priuilegia censentur concessa solum iis personis, quas exprimit: sed in nostro casu priuilegium exprimit Sacerdotes dumtaxat talis Religionis, aut Prouinciæ: Nullus ergo præter illos potest de tali Beato Missam dicere. Minor constat ex Bullis. Maiorem probant Bonac. de leg. dist. 1. quæst. 3. punct. 7. §. 2. & alij, quia priuilegia solum extenduntur ad eos ad quos concedentis intentio extenditur: At hæc non censetur extendi in hiad præfatos in priuilegio: Ergo solummodo ad illos priuilegium extenditur. Hanc sententiam in praxi tenendam omnino iudicari præsertim post decreta Congregationis Rituum affixa Missali, nec contrariam ausus fuimus admittere. Legendus Barbosa de offic. Parochi, cap. 11. num. 34. Profecto si in Bulla non apponatur particula *Tantum*, vel alia similis, valdè probabile cum Granado reputo, posse Sacerdotes alios talis Beati Missam dicere, petentibus quidem illis, quibus talis facultas fuit concessa; quia ex Regula 27. de Reg. iuris in 6. qui facit per alium perinde est, a. ii per se ipsum gereret.

PROBL. CXIII.

De sanctis Canonizatis, qui non habentur in Calendario Breviarij, vel Missalis, potest, & non potest Officium diuinum, aut Missa celebrari.

526 *Potest celebrari.* Potest quidem. Quia Bulla Canonizationis cuiuslibet sancti statuitur, vt in die obitus festum & officium ipsius possit celebrari, sic plures Doctores (auctore Franc. de Lugo de sacram. lib. 5. cap. 9. quæst. 5. num. 48.) affirmauere in Hispania: & plures Ecclesiæ decreuerunt sua ex deuotione solemniter celebrare festa Sanctorum, quæ nondum erant instituta generaliter, nec ad libitum concessa.

527 Non potest. Quia hoc prohibent Congre-

gationis Rituum decreta: & idè quidam sancti in Breviario apponuntur, de quibus recitari potest. possit Officium, ac dici Missa solemnis in die Obitus ad libitum, ita vt satis fiat obligationi illius diei, cui non posset ita fieri satis nisi talis facultas ad libitum fuisset concessa. Ita ex communi praxi tam Romæ, quam totius Italiae comprobata Franciscus de Lugo citatus, & alij.

Hanc esse veram sententiam reor, nec audeo applaudere contrariæ. Itaque asseruimus, de Veritas nisi talibus sanctis posse quidem dici Missas votiuas per annum sicut de cæteris; & in die obitus ipsorum posse dici Missam & Officium ex deuotione: non tamen satisfacere per hæc obligationi recitandi illius diei Officium, Missamque solemnem iuxta Missalis, ac Breviarij Rubricas.

PROBL. CXIV.

Sacerdos sub mortali tenetur, & non tenetur, saltem Matutinum Officium ante celebrationem Missæ recitare.

529 *Tenetur plane.* Tenetur profecto. Quia in Ecclesia viget consuetudo non dicendi Missam nisi saltem post Matutinum Officium perfolutum. Consuetudo verò vim legis habet, cap. In his rebus, dist. 11. Cumque materia grauitas prudentum iudicio sit decernenda, & plures Doctores censcant, hanc esse grauem materiam, & sufficientem ad mortale, talis debet censeri. Et quia Missale præscribit, vt Missa dicatur recitata saltem prius Officio Matutino, & postea inter Missæ defectus hunc enumerat: si celebrans non dixit Matutinum cum laudibus. Non videntur autem ibi annumerari nisi graues defectus & qui culpam mortalem inducant. Sic Tolet. lib. 2. cap. 1. Barthol. ab Angelo dial. 6. §. 240. Zechius de sacram. cap. 16. Graff. lib. 2. decis. 40. par. 1. casu 54. Francolin. de tempor. horar. cap. 42. D. Antonin. Hostien. Gabri. Armil. Angel. Palud. Nauar. Tabie. Marti. de Ledefm. Martiol. & alij, quos sequitur Hentig. lib. 9. cap. 24. num. 7. Azor. tom. 1. lib. 1. cap. 2. §. 8. quæst. 17. Cenedus in 99. Canonie. quæst. 3. num. 7. citans fere triginta Doctores. Pitigian. in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 10. Zanard. in director. part. 1. de Euchar. cap. 9. quæst. 7.

530 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia nullum datur ius obligans sub mortali ad præmittendum Matutinum celebrationi, vt ex toto iuris corpore constat. Rubrica autem Missalis etiam præscribit, vt Sacerdotes ante Missam aliquantulum orent, quod nemo censet sub mortali obligare: Ergo similiter non obligabit quod circa præmittendum Matutinum ante Missam simul ibi non maior attentione præscribitur. Et quia non datur consuetudo grauius obligans. Et quidem in primis dari generalem consuetudinem recitandi Matutinum ante Missam, abnego, multi namque docti viri sine scrupulo ante recitatum Matutinum celebrant. Deinde non omnis consuetudo vim habet obligandi sub mortali, nec vim legis; requiritur enim, vt sub intentione talis obligationis inducatur à subditis, & à Principe approbetur. Hæc autem consuetudo non sic

Sectio II. De Missa, Problemata. 153

sic videtur introducta, vel approbata; sed potius ex decenti exigentia rerum, ut singula suo tempore fiant: unde regulariter refutetur, prius Matutinum recitari, quam Missa celebretur. Ita Sorus, Atag. Nofus Raphael de la Torre, Carbo, Barbof. Ioan. de la Cruz, Conrad. Manu. Petr. de Ledefm. Nald. Villalob. Chamer. Bonac. Lefsi. & alij, quos sequitur Auerfa *quæst. 11. sect. 12.* Valent. *tom. 4. dist. 6. quæst. 2. punct. 10. §. 5.* Sa. v. *Missæ num. 22.* Suar. *dist. 82. sect. 1.* Vafq. *in opus. tract. de Benef. cap. 4. num. 65.* Coninch *quæst. 83. num. 200.* Filiuc. *tract. 5. num. 141.* Diana *part. 2. tract. 14. resol. 36.* Laym. *lib. 5. tit. 5. cap. 4. m. 5.* Scortia *de Missa lib. 2. cap. 6.* qui referunt alios.

Ego existimo, in iis Ecclesiis, in quibus est obligatio divinum Officium in choro canendi, Missam solemnem seu Maiorem decantari non posse ante decantatum in choro Matutinum, imo etiam Primam sine graui piculo. Nam in hoc Officio publico valde est necessarium, ut Horæ Canonice dicantur suis definitis temporibus, & bonum Ecclesie regimen postulat, ut hic publicus Dei cultus debito Ordine præstetur: quem sine causa legitima notabiliter inuerrere contræceptum Ecclesie morem, graue erit piculum. At notabiliter inuerritur talis ordo, si Missa solemnis canetur ante decantatum Matutinum, vel Primam, & communiter generabit scandalum: Ergo graue peccatum erit. Porro si rationabilis causa sublit, sine culpa etiam veniali dici potest Missa priuata, nondum recitato Matutino. Sic sentiunt vtriusque partis Doctores, quamuis Auctores prima sententia grauiorem causam requirant, Auctores secundæ leuiorem. Toletus postulat causam rationabilem, Filiucius mediocrem, Sorus, Suar. Azor. Sanch. Fagund. Laym. hæc causas assignant: si tempus inlit, vel occasio celebrandi: vel oportunitas elabatur. Si populus, vel aliqua grauis persona expectet. Si superior præcipiat. Si aliquis stipendium offerat, ut illico fiat sacrum. Si funus deferatur, nec adfit Sacerdos, qui Matutinum recitaret, & similes. Reddo rationem. Quia sicut Horarum inuersio, quando rationabilis causa subest etiam a veniali excusatur: sic etiam excusabitur celebratio ante Matutini recitationem. Benique affirmo, celebrare Missam ante recitatum Matutinum etiam sine villa causa, nullatenus esse mortale. Hoc mihi persuadent secundæ sententia fundamenta; quæ patenter probant, etiam cantantem Missam solemnem, antequam ipse Matutinum dixerit, dum iam sit in choro cantatum, mortaliter non delinquere.

PROBL. CXV.

Veniale per se est, & per se veniale non est peccatum, celebrare Missam ante recitatum Matutinum.

Per se loquendo peccatum non est. Quia non est præceptum obligans ad præmittendum Missæ Matutinum; non enim obligatione connexionis, cum nulla sit inter Horas & Missam; non ratione consuetudinis, quæ non videtur in præfenti sufficiens ad villam

obligationem inducendam; non demum ratione Rubricæ: nam hæc vel loquitur de Officio publico, & Missa solemni, vel solum indicat, quod fieri debeat. Sic Suar. *dist. 82. sect. 1.* Faguet Bonac. *dist. 4. quæst. ult. punct. 9. n. 8.* Vafq. *in opus. tract. de Benef. cap. 4. num. 65.* & alij, dicentes, aliunde fore veniale peccatum tandiu sine causa differre recitationem Matutini contra præceptum recitandi Horas Canonicas statutis temporibus. At hoc peccatum idem erit, siue celebretur ante perfolutum Matutinum, siue non celebretur.

Per se loquendo peccatum est veniale. Quia licet nullum sit præceptum naturale, vel diuinum, vel humanum in corpore iuris obligans in hac materia sub mortali, vel veniali peccato: & licet consuetudo non induxit talem obligationem: at Rubricæ Missalis obligant per se iuxta materiae capacitatem. Quapropter in præfenti non indicant solam indecentiam, nec plane loquuntur de sola Missa solemni, vel Officio publico, ut ipse contextus satis prodit. Ita Valent. *tom. 3. dist. 6. quæst. 2. punct. 10. §. 5.* Fagund. *prac. 3. lib. 2. cap. 2. num. 9.* Auerfa *q. 11. sect. 12.* Sanch. *in consil. lib. 7. c. 2. dub. 40.*

Censuerim, celebrare Missam ante recitatum Matutinum sine villa causa, peccatum esse veniale per se contra Rubricæ præceptum, quod tamen ex qualibet causa rationabili facile possit excusari. Quamuis enim videatur, hoc præceptum olim vlturpatum fuisse cum maiori rigore, ut communis antiquorum sensus ostendit: iam successu temporis, & Doctorum consensu iuniorum, minor est redditus, & non excedens per se leuem obligationem. Certè iudicio veterum præponderat nunc recentiorum arbitrium, quod potuit & præcepti rigorem, & consuetudinis vim, & Rubricæ præscriptum quoad priuam recitationem mitigare.

CAPVT XXIV.

Circa Missa Defectus.

PROBL. CXVI.

Si Calix fuerit sine vino consecratus, debet, & non debet simul noua Hostia consecrari.

I post consumptam Hostiam, vini defectus deprehendatur, non solum reponendum est vinum, & consecrandum: sed denuo alia Hostia consecranda est. Quia in Concilio Toletano 7. cap. 1. dicitur, non esse perfecta sacrificia, nisi Ordine perfecto compleantur. At si solus sanguis postea consecraretur, non seruaretur debitus ordo, quia non possent conuenienter repeti quæcumque dicuntur in Missa post Calicis consecrationem, cum multa fiant, & dicantur non solum circa sanguinem, sed etiam circa corpus: Ergo debet vtræque species iterum consecrari. Sic D. Thom. 3. part. quæst. 83. art. 6. ad 4. Syluest. v. *Euchar. 2. quæst. 10. num. 14.* Paludan. *in 4. dist. 11. quæst. 1. artic. 2.* Petr. de Ledefm.